

A D D I T I O N E S
AD NOVAS DECISIONES
S A C R I S E N A T V S
P E D E M O N T A N I

olim

Per Doctissimum Præsidem Antoni-
num Tessaurum collectas

G A S P A R I S A N T O N I I T E S S A V R I,
Antonini filij I.C. & in eodem Senatu Senatoris, labore,
& studio conscriptæ, innumeris eiusdem Senatus
Decisionibus ornata.

Cum Priuilegio per decennium.

S T I M V L O S D E D I T



E M V L A V I R T V S.

T A V R I N I,

Apud FF. de Caullerijs, M. DC. IIII.

Coll Soc. Iesu Salm. ex dono Regum.





AD LECTOR E M.



IN DECIMVS agitur annus, quo
Serenissimi Ducis nostri CAROLI
EMMANUELIS beneficen-
tia, in Sacrum Senatorum Ordinem
adscitus, causis referendis, ac termi-
nandis sedulam operam impendo;
quo temporis, ac munericis curriculo
sæpè coniigit, ut pro opportunitate,
et merito casuum propositorum Decisiones collendissimi Pa-
tris mei, summis vigilijs à me iam pridem compactas, et
in illud, quod circunfertur volumen redactas, in controuer-
siam adducerentur; interdumquè etiam questionibus inibi
propositis aliis repetitis, et æquabili perfectissimorum in-
dicierum trutina perpensis, plenaquè inquisitione discussis,
adeoque etiam, vel pro ipsa temporum, ac morum varie-
tate variatis; tūm emendando, tūm immutando, tūm im-
minuendo, tūm adiiciendo, Annotationes ad easdem Deci-
siones colligere, ac conscribere opere preium fuerit: quod,
et in antiquis Rotarum variatis Iudicium sententijs coniigisse
frequenter legitimus; quasi, cœlestium instar Sphærarum, ða-
gos, et volubiles hominum animos, et iudicantium arbi-
tria censi aliquando non debeat videri importunum. Cumq;

Anno-

Distribuitas ADDITIONES
AD NOVAS DECISIONES SACRIS ENATVS
PEDE MONTANI D. P. TESSAVRI.

Ad præfationem Decisionum.



*D D E numero
primo. Quod
inter inter-
pretes, & Do-
ctores no-
stros hoc ex-
ordio vsus*

fuit Math. de Afflict. in pro-
hem. cōstitut. vtriusq; Sicilię;
& alij per multi. subditq; que
idem Afflict. dici nouas, quę
a 40. annis controversiae fue-
runt, quales sunt hę nostrę
Decisiones quas pari studio
Pater, & ego compilau-
mus.

*Ad num. 6. In enumeratione do-
ctorum, qui ad sua vſq; tem-
pora Decisiones scriperunt,
vſus fuit D. meus eadem scri-
bendi forma qua vtitur Za-
barella, qui in prohemio*

clementinarum omnes illarum glossatores ad sua, vñq; tempora enumerat, & enumeratis addere possumus Franciscum Viuum, Valascum Lusitanum, Antonium de Gamma, Alexandrum Raudensem, Petrum Surdum, Franciscum Milanensem, Antonium de Amatis; & duo volumina nunc in lucē prodita fuerūt Decisionum Sacrae Rotæ Romanae diuersorum, ac aliud Rotæ Lucensis, Hyeronimum Marilianum, & Martinum Monter. & nūquam finis, quia semper natura Nouas curat edere formas.

*Ad num. 7. ubi loquitur de legibus
Sacris. Adde quod hinc Se-
natus consulta, & decreta le-*